

1160.
 Aug. 7. prima feria ducenti milites Brixiensium intraverunt castra
 Mediolanensium, ut eis suffragarentur; unde valde confortati sunt. Et miserunt statim pedites porte Vercelline
 Aug. 8. burgi in castello de Orsanigo. Secunda feria castrametatus est imperator iuxta Orsanigum^a et Taxariam et usque ad lacum^{b. 1} et viam hostibus obstruxit^c tantum, ut etiam arbores precisas in via sterneret. Eodem die Mediolanenses castra, que dispersa erant circa castellum de Carcani, fecerunt congregari et poni inter^d Taxariam et Carcani. Item eodem die Obertus archiepiscopus et Millo archipresbiter et Galdinus diaconus, Alghisius^e cimiliarcha suaserunt populo et ex parte Dei omnipotentis et beati Ambrosii preceperunt eis, ut confidenter ad bellum procederent, scientes, quod Dominus esset cum illis. Summo itaque
 Aug. 9. mane^f octavo^g die Augusti deficientibus eis victualibus viam ferro aperiendam proposuerunt^h. Pedites vero burgorum porte Ticinensis et pusterle Sancte Eufemie relique-

Codagnelli Libellus tristitiae.

remanserant pro civitate custodienda, et omnes extra civitatem comorantesⁱ venire fecerunt. Interim^k imperator die ac nocte equitando cum omni exercitu suo inter civitatem Mediolani et expeditionem sua posuit tentoria, ita quod nullus cum mercato nec etiam aliquo^l modo ad expeditionem accedere poterat; sed divina favente gratia altera die precedenti ducenti milites Placentie² et totidem Brixie in succursum Mediolanensium accesserant^m; unde Mediolanenses plurimum sunt confortati et gaudio magno gavisi.
 Aug. 9. Octavo die mensis Augusti, cum Mediolanenses perciperent victualia eis deficereⁿ et mercatum minime habere posse, viam fore aperiendam ferro^m proposuerunt. Hoc ita facto et statuto, dominus Obertus archiepiscopus et Milus archipresbiter, Gaudinus archidiaconus atque Alghisius cimiliarcha et multi alii clerici, qui in exercitu aderant, preceperunt populo ex parte Dei omnipotentis et beati Ambrosii in publica concione et militibus omnibus, ut confidenter ad bellum procederent^o; quod securiter facere debebant, quia illud castrum et eiusdem castri habitatores, iura quidem et possessiones ad dominum archiepiscopum specta-

a) orsanigum h. l. A. b) emendavi; latum A. c) astruxit A; corr. Perts. d) intra A. e) Alghicus A h. l., cf. infra p. 53. f) deficientibus add., sed del. A. g) corrige nono, quod scribere non ausus sum, cum et Codagn. octavo habeat, sed coniciendum est in archetypo VIII. scriptum fuisse, quod postea in VIII. corruptum sit. h) censuerunt corr. proposuerunt A. i) ad expeditionem add. P. k) sic P; Iterum B. l) alio P, nescio an recte, m) accesserunt P. n) sic P; deest B. o) pcederunt B.

1) De Alserio scilicet. 2) Ecce manibus deprehendis falsarium Placentinum.